34

Depuis Le 27. octob 1678

Jusqu au 24. avril 1682.

34

Ce registre est un double de celui qui commence au 2 janv. 1677 sous le Recteur de M. Pierres ; mais il est peu exact ; celui qui commence au 2 janv. 1677 doit lui prévaloir. /. Collata à me-sunt Davayon
(univ. ex p. a. f. furibo)

ARCHIVES
34

(N° 36) Registres de l'Université.

1re Série = 5e Division.

Livre des Conclusions.

Nations réunies

de l'an 1678 à l'an 1682.

C'est un choix des conclusions renfermées dans le registre précédent, signées par les Recteurs.

Petit Papier
Vn sol la feuille

Rectore M. Nic. Lair.

Anno Dni 1648. die vero 27 octob. habita sunt Comitia facultatis artium apud Matturinenses creandi Censoribus ordinaria in quibus expositâ ab ampliss. D. Rectore Comitiorum causâ M. Georgius Oxonius professor in Graffinêo postulauit suo et aliorum honoranda Nationis ~~nomine~~ Tribulium nomine ne M. Antonius Gely munere procuratorio fungeretur vt potè qui vitis creatus esset contra statuta et consuetudinem Nationis suæ, et quod Nationis auctoritatem ementitus esset, cumq; ipse M. Gely ad hanc postulationem respondisset se ritè et ordine creatum fuisse procuratorem, vt fieri solet propositâ Nationes de more secessérunt, et habitâ deliberatione creauerunt Censores, honoranda quidem Gallicarum M. Georgium Carolum Hurel in Graffinêo humanitatis professorem; fidelissima Picardorum M. Nicolaum Boutillier in Bellouaco Gymnasiarcham; Venerandæ Normanorum M. Dionysium Le Breton Baccalaureum Theologum è Regiâ societate; Constantissima Germanorum M. Joannem Gliffaz qui statim de more sacramentum in manibus ampliss. D. Rectoris præstiterunt. De controuersiâ verò ortâ in honorandâ Natione tres reliqua vnanimi consensu censuerunt remittendam illam esse sine præjudicio partium ad priuata comitia ampliss. D. Rectoris vt ibi materiis discreptaretur, voluerunt q; M. Bernardum Colon Exprocuratorem interim fungi munere procuratorio, atq; ita ab ampliss. D. Rectore conclusum est. Intercessit autem M. Antonius Gely et sua intercessionis actum petijt quod ei concessum est.



Die 16. decemb. apud Matturinenses habita sunt comitia creando Rectori ordinaria, vbi ante omnia ampliss. D. Rector publicè postulauit ne sibi aut Vrsitati noceat vllatenus aut obsit quod eisdem comitijs interesset M. Renatus Ouray, qui se Scribam diceret Vrsitatis: suo quoq; et Vrsitatis nomine eadem postulauit. M. Petrus de Lenglet Syndicus Vrsitatis, quibus adhærentes procuratores Nationum palam declarauerunt præditum Ouray nec esse nec posse agnosci à se aut ab Vrsitate Scribam dictæ Vrsitatis, de quibus omnes supraditi à me proscriba Vrsitatis et à notarijs Regijs adstantibus actum sibi dari petierunt. Supplicauit postea Michael Le Gelletier nobilis Parisinus Abbas Joyacensis discipulus M. Joannis du Hamel Philos professi in colleg. Sorbonæ Plessæo, petitq; immunitatem ab onere scribendi causatus infirmitatem oculorum, viso testimonio MM. J. Barbe et Landrieu doctorum salubérrimæ Medicorum Facultatis, et audito M. Petro de Lenglet Syndico Vrsitatis, ipsi indultum est. admissus quoq; est Sufflex Cadomen. et more solito cooptatus honestus vir Elasius Le Rousselier Cadom. Constans ea lege vt quamprimùm afferat litteras testimoniales Cadomen. Vrsitatis in quarum serie et contextu inscriptum sit nomen professoris apud quem studuit Philos. Deinde Quadrumuiri

Satisfecit conditioni hodie 22. feb. 1679.

de more confirmati nempe pro honorandâ ballorum Natione M. Petrus Lorey Rhetoricæ professr in Bellovaco, pro fideliss Picardorum M. Contat Baccal. Theolog. pro veneranda Normanor M. Joannes Renys — humanitatis professr in Harcurio, pro constantiss Bermanor M. Louys Rectorios fasces prorogauerunt ampliss D. Rectori Nicolao Lair. Tùm — nationes confirmatâ primùm prorogatæ voluerunt et decreuerunt — audito prius et requirente pro re academica M. Petro de Lenglet syndico visitatis, vt candidatis Baccalaureatus aut Magisterij Artium liceat solito more academiæ fidem dare in manibus ampliss D. Rectoris, vtiamsi non appareat eorum nomen catalogis annuis aut semestribus inscriptum esse, donec lis quæ pendet in senatu pro munere seu officio scribæ dirempta fuerit, quia decet nec oportet ob academicorum aut academiæ jurgia et contentiones privatorum studia retardari aut candidatos ullâ in re damnum capere, eâ lege tamen vt antequam ampliss D. Rector in calce testimoniorum apponat suum visa, conferet eorumdem candidatorum nomina reperiri in præditis catalogis, Et ita ab ampliss D. Rectore conclusum est. /

Ltt R Rector. /

Die Lunæ 13. feb. 1679 post meridiem habita sunt comitia extraord.ria deputatorum facultatis artium apud ampliss D. Rectorem in Collegio Harcur., vbi lectus est libellus supplex oblatus a M. Claudio Vengny olim philos professr in Hubantino, nunc humanitatis in Collegio Sorbonæ plessæo significatus die 7. feb. vltimo per de Cay apparitorem regium quo exposuit se olim stitisse se præsentem apud clarissimos professores honorandæ Nationis et supplicauisse vti pro more cursum quem confecit in prædicto Collegio Hubantino probarent, et pro tyrocinio quod ponì volunt a singulis professoribus admitterent, se tamen repulsam passum fuisse, atq vt constaret eum reuera docuisse in dicto Collegio Hubantino — protulit testimonium primarij dicti Collegij Hubantini Chalgrain, qui testatur eum docuisse per biennium philosophicum facto docendi initio a — à Remigialibus an. 1671. ad Idus nouas academicas an. 1673. postquam auditus et ipse est dictus M. Vengny, Tum M. Bernardus Colon Exprocurator honorandæ Nationis respondit se heri monitum fuisse abesse ab hac vrbe M. Antonium Bely dictæ honorandæ Nationis procuratorem, se propter absentiam dicti procuratoris ad comitia hodierna venisse, non posse respondere antè quàm Natio eum suam consuluerit, postulare tempus quindecim dierum, vt gymnasiarchas et professores suæ Nationis consulat quod facturum se promisit si non redierit intra dictum tempus prædictus Bely procurator, protestatusq est, si quid contra fiat, id irritum fore, — postea postulauit M. Vengny ne quis magister ex Natione ballicana — interesset judicio, aut suffragium ferat, qui cùm recesserunt, Visum est vt intra decem dies teneatur procurator aut Exprocurator Nationis — ballicanæ conuocare gymnasiarchas et professores suæ Nationis Et cum iis negotium communicare vt videant quid respondere velint aut contradicere, ne quid tum sit amplius quominus res dijudicetur. Et ita ab ampliss D. Rectore conclusum est. /

Ltt R Rector. /

Petit Papier
Vn sol la feuille

2

Die 27. octob.

Die Sabbati 29. octob. 1678. post meridiem habita sunt Comitia Extraord. Deputatorum Vrsitatis apud ampliss. D. Rectorem in Collegio Harcuriano — vbi cum ampliss. D. Rectore M. Nicolao Lair adfuerunt facultatum Decani — mm. Claudius Morel Phia, Michael Cedoy Decretorum, Antonius Le Moyne Medicina, Et Procuratores Nationum mm. Franciscus Regnault Picardiæ, Petrus Enjourbaut Normaniæ, Et David Hederman Germaniæ. Postquam ampliss. D. Rector verba fecit, quâ de causâ eos Conuocauisset nimirum vt Collegij Cameracensis negotium, quod jamdiu agitatum — fuerat, tandem aliquando conficeretur, ac dissoluta in eo disciplina in — integrum restitueretur, antequam rogata sunt sententiæ dixit ampliss. D. Rector se, quoniam nuper electus fuerat in scribam Vrsitatis, — posse quidem officio scribæ simul et Rectoris fungi, sibi tamen — visum fuisse commodius ac decentius me Ludouicum Mahieu — humanitatis professorem in Lexouæo Et Venerandæ Nationis — Normanorum Exprocuratorem aduocare, qui, dum Rectoriam — purpuram exuisset, atq; hoc munus ipse munus exerceret, vicariam — sibi in eo munere Nauarem operam, quod cum omnibus et singulis — gratum et acceptum fuisset, statim eo fori Vicarij scribæ nomine præstitum — à me juramentum est in manibus ampliss. D. Rectoris. Tum verò de re Cameracensi rogatis sententijs placuit iterum deputari M. Antonium Le Moyne Decanum salubernimæ facultatis ab eoq; seu Decanatum — gerat, seu eodem abierit, negotium vrgeri, Et cum eo simul deputatus est M. Franciscus Regnault Picardiæ procurator, ac ne qua amplius — Conficiendæ rei mora fiat decretum est insuper, vt si horum — alterutrum contingat huic rei vacare non posse, alter illam per se promoueat; atq; ita ab ampliss. D. Rectore Conclusum est.

Vt. Rector,
Debrosse.

Die 7. Decemb. apud Matturins piæ memoriæ Illustriss. Viri Guillelmi de Lamoignon Parisiensis Senatus principis anniuersaria sacra celebrauit Vrsitas, et oratore — funebri parentauit pronunciante M. Bernardo Colon Eloquentiæ nuper — professore in Marchiano summâ virorum omnium ordinum Illustriss. — frequentiâ. Sacra fecit D. Aubry Epus olim Constantien. nunc Sanctæ Capellæ in palatio Thesaurarius.

Die Martis 13. Decemb. supplicationes Vrsitatis habitæ sunt ad eadem Deo sacram sub invocatione S. Hilarij. ante processum verò istum est in angulum Xysti de more, vt audirentur supplices; quia ibi M. Renatus du Vau sedere scribæ voluit, ampliss. D. Rector et suo et Vrsitatis nomine fauentibus ipsi est —

adhærentibus d. d. procuratoribus qui aderant dixit atq; testatus est eum non esse Scribam Vrsitatis, neq; sibi aut Vrsitati futurum damno aut detrimento si hic adfuerit, aut aliquid fecerit, quod ad Scribæ munus spectet aut pertineat, atq; à me Scriba atq; à notariis Regijs præsentibus praesens actum petijt. Deindè supplicauerunt pro litteris nominatoris jure magisterij artium et Quinquennij MM. Petrus Terasson Subdiaconus Lugdunæus, et Petrus Jourdain Clericus Diœcesis Cabalaunen, quibus concessæ sunt. Eadem gratia concessa est Claudio Le Bourgois Rothomagensi ea lege vt testimonium Quinquennalis studij solitum quod non habuit jn promptu Syndico Vrsitatis asserat, quo constet eum reuerâ studuisse. Denicq; jn loco capituli iterum Ampliss. d. Rector et cum eo decanus Medicinæ M. Claudius Cartier eadem quæ supra de M. Renato Du Vau testati sunt et petierunt. Litteræ postmodum commendatitiæ ab omnibus ordinibus ampliss. d. Rectori concessæ sunt, vt rata grataq; habita quæcunq; ab eo gesta sunt suo trimestri magistratu, et jta ab ampliss. d. Rectore conclusum est.

die 16. decemb.

arrest pour la bresse du 7. Jan. 1679.

die 21. Jan. 1679. Comitijs Ordinarijs Vrsitatis apud ampliss. d. Rectorem M. Nicolaum Lair jn Harcur. Colleg. adfuerunt ~~d. d. d.~~ MM. Claudius Morel Thiæ, Michael Reloy Secretorum, Claudius Cartier Medicinæ Decani, Antonius Bely Galliæ, Franciscus Regnault Picardiæ, Petrus Enjourbault Normaniæ, Petrus Jandel Germaniæ procuratores; ac primùm quidem lecta est Epistola, quâ M. Petrus de Lenglet Syndicus Vrsitatis petijt, vt, cùm ipse propter infirmam valetudinem comitijs interesse non posset, M. Georgius Olon Rhiæ professor jn Brassinèo gereret Syndici vices, quamquam ipse M. de Lenglet pro suo jure possit, quem volet et quando volet substituere, postquam dicta sunt sententiæ, placuit vt hodierno die et pro hâc vice tantùm dictus M. Olon Syndici vices gerat. Deindè concessæ sunt litteræ nominatoris jure Magisterij artium et Quinquennij MM. Bernardo Buchet Pbro Rhedonensi, et Joanni Mauboucher Clerico Cenomanensi. placuit præterea honorarij loco dari ~~summa~~ et solui per M. Jacolle Quæstorem Vrsitatis 400tt. M. Bernardo Colon Emerito Eloquentiæ professori jn Marchiano ob elegantem et disertam oratorem funebrem quam nuper summâ Virorum omnium ordinum illustriss. frequentia et applausu pronunciauit apud Maturin ex mandato Vrsitatis ejusdemq; nomine, cùm piis manibus illustriss. Viri Guill. Lamoignon Parisien. Senatus principis celebrares anniversaria sacra, jta tamen vt hæc summa jn exemplum deinceps trahi non possit, cùm maximè eam largiatur Vrsitas propter meritum Viri singulare, propter longam et diuturnam bonarum artium et Eloquentiæ jn hâc academiâ professionem, tum etiam quia morbum jn-

Petit Papier
Vn sol la feuille

quem jurdit contraxisse videtur ex labore quem jn eâ oraõe conscribendâ
cepit. Monitus est etiam m. Savolle vt soluat fabro ferrario residuum
jntegrum aut saltem residui partem summæ, de quâ inter ipsum
et academiam conuenit pro ferreis operibus quæ suppeditauit jn
constructione domus vrsitatis sitæ jn prato clericorum. Resumptum
est etiam negotium Octauæ reditus annui rdiam omnium quæ sita
sunt jn fundo vrsitatis, vulgò le huictiéme denier, et deputati sunt
mm. Rouiat et bely, qui rem curent, et consulant patronos
vrsitatis, vt quod certum erit facere jn re tanti momenti, fiat.
Deniq; stitit se coram vrsitate m. Robertus l'Escorcher primarius
Colleg. Cameracen seu 3. Eorum Excusaturus se et procuratorem
Ejusdem Collegij quod non paruerint mandato dd. Deputatorum
vrsitatis nec adfuerint die sabbati vltimo 14. Jan. Excepturi, vt
par est, dictos dd. Deputatos; postatus est se primo quoq; die
paratum esse qui dictos dd. Deputatos excipiat, quicquid juris
academici fuerit acturos: habitâ ratione excusaõis prædictæ placuit
vrsitati, vt die Mercurij horâ 1ª pomeridianâ conferant se dicti
dd. Deputati jn Colleg. Cameracen, idem lustraturi et quicquid juris
academici erit peraturi. Et ita ab ampliss. d. Rectore Conclusum
est.

Lair Rector

~~die 3. feb. 1679~~

Die Martij 28. feb. horâ 7ª. matutinâ conuenerunt apud matutinen ad
aperiendum de more Rotulum ipse d. Rector m. Nicolaus Lair jm. Claudius
Morel thiæ Decanus, Antonius bely ballie, franciscus Regnault picardiæ,
petrus Enjorbault normaniæ procuratores, ac primum Exposuit m. Bernardus
Colon emeritus Eloquentiæ professor jn marchiano et Nationis ballicanæ Procu-
ator se quinque Augusto nouissimè elapso nominatum fuisse ab vrsitate ad
Capellaniam de Castelleto vacantem per abdicaõem seu demissionem simplicem
manus tallin assistentis facultatis thiæ vltimi professoris parisici, supplicauit
concedi sibi et expediri Litteras nominaõis seu præsentaõis pro eâdem
Capellaniâ et ad sacramentum admitti, placuit verò oibus eidem m. Colon
expediri Litteras quas petit, et confestim sacramento se adstrinxit jn manibus
d. Rectoris. Concessa sunt præterea Litteræ nominaõis m. Cornuin jn
Harcurio grammaticæ professori jure magisterij artium, quinquennij studij, et
septennij Legentiæ suppliçanti, et ita ab ampliss d. Rectore Conclusum est.

Die 4. feb. 1679 habita sunt comitia ordinaria vrsitatis apud amp. d. Rector
jn colleg harcur. vbi adfuerunt ipse d. Rector m. Nicolaus Lair, m. Claudius
Morel thiæ, Michaël Sedey secretorum, Claudius Cartier medicinæ Decanus, Antonius
bely ball. franciscus Regnault picardiæ, petrus Enjorbault normaniæ, petrus Jandel

Germaniæ procuratores cum officiarijs Vrsitatis, ac 1.ri suppliauerunt pro litteris nominatoris mm. Carolus Nicolaus batson parisien, Joannes Begnoulins parisien vterq; Jure Decennij in artibus et in Thia, Georgius Le Reel Cenomanensis, — Michaël Franciscus pernot parisinus, Stephanus Minard Æduensis, Nicolaus — Du Val Constantien, Gabriel Duret Claromontensis, Et petrus touraine Constantien oës Jure magisterij artium et quinquennij, q̄bus oibus et singulis concessa sunt. Tum hortulani duo postulauerunt sibi solui 40.tt. 16s pro nonnullis operibus à se factis in quodam tractu prati Clericorum, quæ ipsis imperata fuerant à mm. dum viuerent Du Boulay et Le Barbier ex decreto Vrsitatis, placuit omnibus ipsis dari 10.tt. vsq; dum hæc opera visitata fuerint. Deinde duo ex Religiosis quos vocant Nosocomij seu domus Caritatis in suburbio Sangermano exposuerunt domum esse venalem in fundo seu territorio prati Clericorum, dixeruntq; se hanc domum empturos, si Vrsitas benignè secum agere velit, et remittere sibi — medium partem pretij ratæ habitæ seu probatæ Emptionis et venditionis — quam Jure Dominij exigere potest Vrsitas, vulgò pour les Lots Et Ventes, — Auditis singulorum suffragijs habitâ ratione domus Charitatis, et in gratiam pauperum ægrotantium et infirmorum Ciuitatis, et præsertim pauperum scholasticorum Vrsitatis qui ibi diligenter curantur, si contingit ægrotare, — placuit 3.am partem remitti dictis Religiosis. Resumptum est præterea negotium D. de badagne Et postulauit D. Rector vt ea res tandem aliquando conficiatur rogati sunt ab omnibus D. Rector, Et D. Dedoy inuisere D. Le boult in — Supremâ Curia Senatorem et causæ Relatorem. Interea verò visum est vt D. Darolle probet quamprimùm dictis dominis, quod professus est et in se recepit quibus ex rebus possit Vrsitas debitam sibi pecuniam integram recuperare. Deinde proposuit D. Rector Michaëlem Fougerange pbrum magistrum in artibus in hac almâ Vrsitate parisien jam à 1.o die — octob. 1674 obtulisse libellum supplicem, quo postulat sibi tām idoneo et debitè qualificato Juxta fundationem Collegij Boissiaci prope S. Andreæ de arcubus, concedi litteras prouisionis pro munere 1.ri Burſæ seu — primariatus dicti Collegij in locum demortui M. Bernardi Le Noir vltimi — eiusdem primariatus possessoris pacifici, Viso Lecto libello supplice, Visa — repulsa Cancellarij Curiæ et Vrsitatis et prioris Domus Cartusianorum parisien Burſarum dicti Collegij Collatoris ordinarioru vt mos est, constitit ex acto de die 16 septemb. 1674. Loys et Dugard Regij Notarij subsignatis, placuit — Concedi litteras prouisionis eidem Fougerange pro dicto munere primæ Burſæ præfati Collegij ad conseruationem Juris tantùm. postea M. Michaël Dedoy Decretorum Decanus exposuit octingentas olim libellas facultati suæ ab Vrsitate — honorarij loco fuisse concessas in gratiam 4. professorum suæ facultatis, — hodiè verò sex professores esse qui actu doceant, petiitq; 400.tt adhuc libellas eidem facultati suæ concedi, vt quilibet ex dictis professoribus habeat et percipiat singulis annis 200.tt, omnes et singuli Decani et procuratores censuerunt ampliandum esse, et rem esse grauioris momenti quàm vt — quicquam statuerent in consultis suis facultatibus et nationibus. Exposuit etiam D. Rector maximam commentariorum, actorum, et tabularum Vrsitatis, partem esse adhuc apud D. Dongois actuarium Curiæ, qui eas res aliquatenus grauetur reddere, nisi securitati suæ caueatur, Visum est omnibus — Vnanimi consensu dicendum satis ipsi cautum esse eo senatusconsulto, quo

die 7. Januarij Decretum est, vt ora instrumenta quæ ad scribatum pertinent D. Rectori tradantur, si quid tū mercedis aut honorarij loco dari necesse sit, id Vrsitatis sumptibus faciendum esse, easq; arcas in quibus dictæ tabulæ asservantur transferendas esse in ædes D. Rectoris, vt ibi sine sumptu recensentur per Deputatos facultatum et nationum. Si verò etiamsum reddere recuset, libellum supplicem in eam rem senatui porrigendum esse nomine Vrsitatis. Rettulit etiam D. Rector sibi et Vrsitati commendatum esse ab Illustriss Senatus principe, vt quoniam vitâ fundus esset D. Le — bagneux quo patrono vt plurimùm vtebatur Vrsitas si quid negotij haberet in sacro Regis Consistorio, deinceps eadem vteretur duo bernais viro probo et perito ibidem patrono, quod omnibus gratum et acceptum fuit pro singulari suâ in Illustriss Senatus principem observantia. Rettulerunt MM. antonius Le Mairne Salubernini medicorum ordinis Exdecanus et Franciscus Regnault picardiæ — procurator, quos lustrauerunt Collegij Cameracen seu 3. eporum sua diligentia et autoritate arcam in quâ asservantur tabulæ fundationum, statutorum, aliarumq; rerum Collegij tribus clauibus obseratam fuisse, vnamq; primario Juxta statuta dicti Collegij, secundam Capellano datam fuisse, tertiam verò se — retinuisse donec Judicasset academia cui cæterorum bursariorum tradenda foret, cùm maximè ædes illius Collegij bursarij Juniores sibi viderentur, quàm vt jis aut cuiquam illorum tertia hæc clauis concrederetur, decretum — est eam tertiam clauim tradendam esse et committendam petro Le flaine — vt pote antiquiori, tum etiam quia professus est se studuisse superioribus annis Thiæ, ea lege tū vt proferat testimonia studij Thiri, et deinceps Thiæ actu studeat. Stetit se quoq; eorum jis qui viduam dicti Rousselet duxit vxorem cui decretum fuerat postremis Comitijs, solui per M. Dacolle residuum Integrum aut saltem residui partem, summæ debitæ, conquestusq; est nondum satisfecisse dictum M. Dacolle decreto Vrsitatis, quo audito promisit dictas M. Dacolle se die Jouis proximo soluturum esse 400tt., dictum est vt soluat 500tt. quod ni faciat et ni quamprimùm hunc hominem absoluat, et si litem inspingat Vrsitati, damno et sumptibus dicti M. Dacolle futurum esse, et ita ab — amp; D. Rectore Conclusum est,

Rector et Vrsitas studij parisien Dilecto nro Michaëli Fougeranges pbro in præclarâ artium facultate parisien artium magro salutem in dño, munus primæ Bursæ seu primariatum Collegij Boissiani prope S. andream de arcubus in hac dictâ Vrsitate fundati liberam nunc et vacantem per obitum M. Bernasij Le Noir vltimi dum viueret, dicti primariatj possessoris parisijs aut alio quouis modo. Visa repulsa Venerabilium virorum Cancellarij ecclesiæ et Vrsitatis paris. et prioris domus Carthusianorum huius — vrbis Collatorum dicti Collegij ordinariorum, qui tibi Litteras Collationis seu — prouisionis dictæ primæ Bursæ concedere renuerunt et recusauerunt vt ex acto diei 16. Septemb. an. 1678. Loys et Duparq notarijs Regijs signatis — nobis apparuit, tibi requirenti per libellum supplicem nobis oblatum à te die 1. octob. 1678. è stirpe fundatorum, vt asseris, oriundo, et alias qualitates per fundationem dicti Collegij requisitas habenti jure superiori contulimus — et donauimus, conferimusq; et donamus ad conseruationem tui juris tantum, ac de illâ suisq; juribus et pertinentijs vniuersis prouidimus et prouidemus

per fines. Quocirca Dilectis nris Capellano et Bursarijs dicti Collegij seu primo pbro vel Notario super hac requisito pntium tenore mandamus quatenus te vel procuratorem tuum nomine tuo et pro te jn Corporalem, realem, et actualem possessionem dicti primariatus eiusdemq jurium ac pertinentium Vrsorum ponant et jnducant, seu ponat et jnducat alter eorum deputer requisitus, adhibitis solennitatib⁹ assuetis Et Jure nostro et alieno semper salvis. Datum jn Comitijs ordinarijs Vrsitatis et munitum sigillo magno eiusdem Vrsitatis anno Dni 1679. Die 4. feb.

Die martij 28. feb. horâ 7. matut. convenerunt apud Matturin ad aperiendu de more rotulum ipse d. Rector M. Nicolaus Lair m. Claudius Morel Thiæ Decanus, Antonius Bely Galliæ, Franciscus Regnault picardiæ, Petrus Lenourbault normaniæ procuratores cum officiarijs Vrsitatis, ac primùm exposuit m. Bernardus Colon Emeritus Eloquentiæ professor jn Marchians et Nationis Gallicanæ Exprocurator se mente ~~retro~~ nouissimè elapso nominatum fuisse ab Vrsitate ad Capellaniam de Castelleto vacantem per abdicaõem seu demissionem simplicem Monsieur Menuij Taffin assaritoris facultatis Thiæ Vltimi possessoris parisij, supplicauitq concedi sibi et expediri Litteras nominationis seu præsentaõis pro eâdem Capellaniâ et ad Sacramentum admitti; placuit verò omnibus Eidem M. Colon expediri Litteras quas petit, et confessum Sacramentum præstitit jn manibus d. Rectoris. Concessæ sunt præterea Litteræ nominaõis m. Cornanij jn Harcurio Grammatices professori, jure magisterij artium quinquennij studij, et septennij Regentiæ supplicanti, et ita ab ampliss d. Rectore conclusum est. Ita all amp. d. R. Conclusum est

Exped.

Lair Rector

Die sabbati 4. martij Comitijs ordinarijs Deputatorum Vrsitatis apud ampliss d. Rectorem jn Harcurio adfuerunt ipse d. Rector Nicolaus Lair MM. Claudius Morel Thiæ, Stephanus de Messey Decretorum, Claudius Cartier medicinæ Decani, Antonius Bely Galliæ, Franciscus Regnault picardiæ, Petrus Lenourbault normaniæ, Petrus Gandel Germaniæ procuratores cum officiarijs Vrsitatis ac primùm supplicauerunt pro litteris nominaõis mm. Lazarus Augustus le Tourneur diæc. parisien jn Sacra Thia magri seu Doctoris, Nicolaus Bouteiller diæc. Lexou jn Sacrâ Thia Licentiati Vterq titulo Decennij, Thiæ Frater ac Dominus Jacobus Truffier diæc. Gratianopolitanæ Benedictinus monrij de Sefanna Sarcal. Thus Jure sexennij Thiæ, Petrus Ludovicus Lagrené acolytus parisin, Antonius Frayfant Subdiaconus Baiocæus, Vterq jure magisterij artium et quinquennij quibus concessæ sunt. Postea exposuit D. Rector Tabulas Vrsitatis nondum redditas fuisse à D. Dongois actuario Curiæ, decretum verò est Libellum supplicem offerendum senatui nomine et sumptibus Vrsitatis ad eundem cogendum vt dictas tabulas reddat. Deinde D. Dacolle dixit multa esse reticienda jn domo Vrsitatis, ac præsertim gradus atrij reparandos, ~~pauimentum aulæ refi~~ atq areolas horti nouo buxo refarciendas.

Deputati sunt mm. Chamillard et Jandel qui oia inuisant. Sanctum est etiam
vt pro de octauâ reditus quem capit vrsitas ex prato Clericorum Consulatur D. Marechaux
et cum eo communicetur Libellus supplex, quem protulit D. Davolle, et an Regi sit
offerendus nôie Vrsitatis.

Die Sabbati 15. Martij post meridiem habita sunt Comitia Extraord. Deputatorum
Facultatis artium apud amplissimum D. Rectorem in Harcurio, vbi resumptum est
negotium M. Claudij Veugny humanitatis professoris in Colleg. Sorbonæ plessæo quod
inceptum fuerat Comitijs habitis die Lunæ 13. feb. vltimo, et auditus iterum est
prefatus M. Veugny qui persistens in suâ postulatione petijt vt cursus philos quem
confecit in Collegio Hubantino pro Tyrocinio solito admittatur, atq; æquo cum
alijs professoribus honorandæ Nationis jure gaudeat; et honorarium percipiat
Idem ex reditibus nunciatum honorandæ Nationis ex illo tempore quo docere cepit
in prædicto Collegio Sorbonæ plessæo. postulauit præterea ne M. Georgius Ozon
vices gerat Syndici, tum quod sit vnus ex dictis professoribus honorandæ
Nationis atq; adeò sibi aduersus, tum etiam quod sibi sit infensus, Consensit tamen
vt pro dictis professoribus respondeat, si velit. Respondit M. Ozon, quamquam
is qui Syndicum agit recusari nec soleat, nec debeat, quisse qui personam
publicam agat et nomine Vrsitatis loquatur, velle se tamen abstinere hâc in
re concludere aut implere Syndici vices, ne vel minimam de se suspicionem
relinquat. at cum vocallet M. Antonius Bely qui sedebat Nat. Gall. procurator
causam professorum dicere, causatus se Nationis suæ, non professorum
procuratorem ad Comitia venisse. tum M. Ozon, quamquam à Comprofessoribus
suis deputatus non fuerit, aut missus ab illis ad tuenda jura communia, dixit
si vellet academia, rem totam ordine expositurum. atq; dixit verò M. Veugny
Cursum quidem philicum incepisse qui revera in Hubantino, sed interruptum
sæpè non absoluisse integrum, id constare ex Conclusis Nationis suæ die 7. Jan.
1674. factæ octauæ contentionis ortæ inter dictos mm. Veugny et Ozon pro examine
Candidatorum in artibus dictæ Nationis Gallic., in quâ patet præfatum Veugny repulsam
passum à suâ Natione ob defectum ætatis, ad cæteras nationes confugisse atq; ab
illis admittendum visum esse cum regere inciperet, regere autem incepisse
Remigialibus an. 1671, et per plures menses Cursum philicum continuasse, ab eoq;
tempore in natione fuisse, et quia tum tota râo difficultatis visa est consistere
an prædictus Veugny quem constabat in Natione fuisse per biennium et
amplius deberet ei jure deridere, eo quod regere destitisset ante biennium
Cursus philici, re tandem maturè examinata et diligenter discussa placuisse
omnibus non debere ipsum deridere jure muneris aut alio quocunq; si
probaret se post tempus Regentiæ habuisse ætatem 30. annorum, quo posito
jus acquisitum habuisse. adjecit præterea eundem Veugny Catalogos seu nomina
suorum discipulorum duobus semestribus alterius anni sui Cursus non detulisse
ad scribam Vrsitatis juxta decretum academiæ, quod non neglexisset si revera
docuisset, eundem etiam interpellauit nominare extemplò quos habuit hoc
altero anno discipulos. Reposuit M. Veugny in prædicta contentione ortâ pro
examine Baccalaureorum in artibus actum fuisse de jure Baccal. in philia,
quorum tunc vices erant, non professorum, et se vicisse. M. Ozon antiquitate
receptionis in Natione, et satis sibi fuisse tum probare se 30^us ætatis suæ annum
attigisse, jo bietang quidem sibi fuisse Cursus philici interruptionem, sed non plenum
Quantum ad decretum academiæ comminatorium esse dixit tantùm, et revera

se negleixisse deferre nova suorum discipulorum ad scribas Vrsitatis, quia animadvertebat eorum nullum aspirare ad gradum Magisterij in artibus atq; vt responderet interpellaõi, professus est eodem anno secundo — hos discipulos habuisse, Regnard urbis altissiodorens, Boireau dioec. altissiodor. Chatouille ex parœcia de fontenaille dioc. altissiod., Dalon è vico de — Champeaux dioc. altissiodor., Limantey nivernensem, præter alios quos — in præsentiarum memoria non suggerebat: Intercessit præterea m. oyon ne m. bely procurator Galliæ interesset Judicio, neve suffragium eâ de re ferat propter dissidia, litesve quæ intercedunt inter dictum bely et nonnullos è Natione Gallic. ex vnâ parte, et bymnasiarchas et professores eiusdem Nationis ex alterâ. Dixit m. bely sibi rem nullam esse cum dictis professoribus, perseuerauit m. oyon eum recusare, asseueraniteq; litem esse inter prædictos. postquam recesserunt dicti Venguy et oyon, rogatus quoq; est m. bely vt sua recessione liberam deliberandi de prædictâ intercessione facultatem relinqueret, qui recessit quoq;, sed recedendo affirmauit et professus est se irrita habere, habiturumq; quæcunq; in eo Judicio fient se absente. — Quibus omnibus momentis et rationibus expensis, primum quidem, quia — libellus supplex quem ipse m. Venguy obtulit academiæ, cæteraq; acta juridicè significata sunt ipsi m. bely tam pro se quàm pro professoribus atq; adeò pars in causâ sit veluti pars, placuit ne Idem m. bely Judicio interesset, neve suffragium ferat. Deindè Visum est rem ampliandam esse vt interim partes sua oia instrumenta tradant m. francisco Regnault fideliss. picardorum Nationis procuratori, qui de ijs accuratius — examinatis primo quoq; die referant, et ita ab ampl. D. Rectore Conclusum est./

Die sabbati 18. martij 1679 Comitijs Extraord. deputatorum Vrsitatis in Harmur. adfuerũ amp. D. Rector M. nicolaus Lair m.m. claudius Morel Phic, claudius cartier medicinæ, — antonius bely Galliæ, francisc. Regnault picardiæ, petrus Enjourbault normaniæ, petrus Jandel Germaniæ. ~~cum officiarijs Vrsitatis~~ ibiactum est de negotio octauæ reditus — annui quem à possessoribus seu proprietarijs domorum quæ sitæ sunt in fundo prati Clericorũ exigunt publicani, exposuit D. Rector rem vrgere atq; breui tempore dirimendam in — Consilio Regis, videndum esse quid hâc in re faciendum, an possit vrsitas salvo suo jure offerre libellum supplicem Regi christianissimo et ejus Consilio, auditus est D. Marechaux antiquior Vrsitatis patronus in senatu, qui ob eam rem accitus fuit à D. Rectore — rogatusq; dicere quid eâ de re sentiret, dixit rem esse gravissimi momenti et non solum tangere rem pũtem de octaua, sed oia privilegia Vrsitatis, hoc vectigal non exigi ab — vrsitate sed à possessoribus seu proprietarijs, verendum ne si accedat vrsitas causæ — possessorum, via cum ipsis possessoribus damnetur, cum præsertim publicani impetrarint decretum quo etiam vrsitas judicatur ab eo vectigali non immunis, quamquam hoc decretum injussu et non vocatâ vrsitate, sicut olim contigit pro liberis et immunibus prædijs seu feudis et bonis de novo partis, gallicè Les francs fiefs et nouueaux acquests, aut si qua græa vrsitati fiat, sed at in commodum possessorum tantùm — aliquid remittendo de totâ summâ, meliora tempora expectanda, melius esse si vrsitas judicâ causâ damnetur, et locus superesset recuperandi sua jura si violentur, existimare si prædictos possessores juuandos auxilio et amicis Vrsitatis, et aliquos deputandos qui Judices privatim juuisant, fiscq; Vrsitatis jura commendent. Singulis acta diligenter examinatis visum est alia Comitia habenda, et rem maturius discutienda

et alios accersendos Vrsitatis patronos nempe S. Rauiere cum S. Paiot. Et ista ab amp. S. Rectore Conclusum est.

Die Lunæ 20. Martij Congregata est Vrsitas apud mattar Supplicãdum Causâ, ac primum ijtum est de more in angulum xisti, vbi supplicauerunt pro Litteris nominandis Claudius Henry Eduensis, Josephus Chotard Lucionen, Robertus Damayé Baioren, Jacobus Picart Lucionen, Franciscus de la Mare Ebroicen, Joannes de la Champagne andegauensis Franciscus Le muet Sagiensis, Carolus Beaufils Carnotensis, Franciscus petit ambianensis, Stephanus Le Grand Baiocensis, Franciscus Lues Viracassinus, Hubertus Bonneville Ebroicen, item m. Egidius Roussel Phiæ professor karaor. pro Benigno Borlet Diuionensi et Joanne Baptista Langlois Diacono parisino grauibus Justitij de Causis impeditis, oes supra jure Magisterij artium et Quinquennij, qui admissi sunt. Supplicauit etiam petrus margeret parisin. titulo Licentiatus jn jure Canonico, sed reiectus est iquia non attulit testimonia temporis studij septem annorum, vt exigunt Concordata jn Licentiatis jn vtroq Jure Canonico et Ciuili. Deindè ventum est jn Capitulum, vbi postquam amp. S. Rector orauit de more et profusâ singulari facundiâ et eruditione modestiam et pietatem jn supplicãdibus Commendauit, oes facultatum Decani et 4. nationum procuratores gras egerunt amplis. S. Rectori, probauerunt quæcunq; hoc suo magistratu gessit, Litteras de more Commendatitias decreuerunt, et amplissimum Comitatum promiserunt ad eadem deo sacram sub jn uocãõe S. Stephani de Brefibus. Hinc processum est ad dictam eadem, vbi sacra facta m. du Boys Doctor Thus eiusdem Facultatis Cano

Die Veneris 24. Martij habita sunt Comitia creando Rectori ordinaria apud matturin vbi antequam Nationes jn suas Tribus secederent Nobilissimus adolescens Nicolaus de Bethune de Charost parisinus abbas S. Michaëlis Tripontensis, discipulus M. Joannis Du hamel Phiæ professoris jn Collegio Sorbonæ plesseo supplicauit eximi ab onere scribendi. Causatus se non posse Phiam manu propriâ chartis exarare sine maximo oculorum jncommodo ac salutis etiam suæ detrimento, Viso testimonio mm. d. petit Et Englehard Saluberrimæ facultatis medicinæ parisien doctorum, et audito m. Georgio Non pro absentia m. petri de Lenglet Syndici Vrsitatis eidem præfato Nobilissimo adolescenti jndultum est ab omnibus oneribus. Exposuit præterea m. Ludouicus Borel socius Choletæus m. andream Cousin jn Jure Canonico et Ciuili Doctorem Cursum olim Phicum docente m. Rogerio Omoloy jn Collegio Bellouaco peregisse à Remigialibus an. 1655. vsq ad jnduias an. 1657. acceptum ab eodem Omoloy, dum viueret, dicti biennij studij Phici testimonium perdidisse, ipsius tn interesse plurimi, vt fraudi damnoue non sit quod sui professoris testimonium amiserit. Quapropter supplicauit matrimi idem Ludouicus Borel nomine præfati andreæ Cousin absentis eidem ab Vrsitate jndulgeri, atq; juxta Virorum grauissimorum testimonium quod protulit dictum studij Phici tempus probari. Viso testimonio mm. Jolly et Hedermay doctorum sorbonicorum et Rauleigh juris doctoris qui fidem faciunt præfatum andream Cousin supradicto biennio reuerâ studuisse, Viso etiam testimonio illustriss Curiæ principis Michaëlis ponset de la Riuiere Epi et Comitis Vetiensis quo constat eundem andream Cousin cum magno Ecclesiasticæ disciplinæ zelo promotoris officium exercere jn Diœcesi Vetiensi, atq; adeò legitimâ de causâ eundem per se supplicare non potuisse, et audito m. Georgio Non pro absentiâ m. petri de Lenglet syndici Vrsitatis, placuit eidem andreæ Cousin jndulgeri et præfatum biennium Phicum probari ratumq; haberi. Deindè Quadrumuiri manè electi de more confirmati, nempè pro honorandâ Gallorum natione m. Reste Bacc. Th., pro fidelissimâ picardorum m. Robertus de Nully nuper professor grammaticæ jn Regiâ Nauarrâ, pro Venerandâ Normanorum m. anquetil Bacc. Th., pro Constantiss Germanorum m. Bulth Rectorios fasces prorogauerunt amp. d. Rectori Nicolao Lair, ac demum eiusdem

prorogaõ ab omnibus nationibus est confirmata, et ita de rebus omnibus —
supradictis ab eodem amp. d. Rectore conclusum est.

Die 8. aprilis comitijs ordin. Deputatorum Vrsitatis adfuerunt apud amp. d. Rectore
in Collegi Harcur. cum eodem amp. D. Rect. m. nicolao Lair mm. claudius morel
thiæ, Stephanus de Mesles decretorum, claudius cartier medicinæ decani. petrus —
le Verrier Gallia proprocurator, petrus le barbier picardia exprocurator, petrus —
Enjourbault normaniæ, daniel deoran Germaniæ procuratores, ac 1us. suffecerunt
pro litteris nominaõis mm. carolus maigrot pariss. Doctoris jure Decennij thiæ,
franciscus de la court subdiac. constantien, ~~jure magisterij artium et Quinquennij~~,
et florentius de la Varquerie nomine m. alexandri Hanichart Bolonien. absentis
legitimâ de causâ ~~etiam~~ jure magisterij artium et Quinquennij, atq; eõs admissi sunt.
Deindè exposuit am. d. Rector m. Nicolaj Guybert m. in artibus postulare vt expediantur
sibi litteræ nominaõis, nihilominus quia in testimonio autographo Quinquennij —
dicitur vocari Nicolaus, et desuper atq; etiam in Commentarijs Vrsitatis inscribitur —
antonius, hactenus non potuerunt expediri. Dictum est in praedictis Commentarijs ad —
marginem notandum ex conclusione diei hodiernæ eundem Guybert juxta testimonium
Quinquennij vocari Nicolaum atq; adeò litteras expediri eo nomine. Resumptum est
negotium octauæ reditus annui Vrsitatis, et Deputati sunt D.D. Thalley, Verrier, et Enjourbeus
qui jnuisant d. Desmarets et alios quos necesse erit jnuisere, praterea fuit se coram
domorum coopertor qui expostulauit m. Dacole solle sibi soluere summam 327.tt ~~rpud~~ residuam
~~pro~~ operibus à se factis jn domo Vrsitatis, promisit m. Dacole sunt homines se absoluturum
hebdomadâ sequenti proximâ. accesserunt hortulani duo qui residuum quoddam postularunt pro
terrâ effossâ jn prato Clericorum, Deputati sunt mm. Enjourbault et Ozon qui opera viderint
et examinent. Decretum est et m. Dacole tabulas rationum ~~tradat~~ suarum tradat d. Rectori —
examinandas jntra decimum quintum maij, ac postea singulis Decanis superiorum facultatis
et procuratoribus 4. nationum dictæ rationes descriptæ tradantur expendendæ, vt primo
quoq; die reddantur. postquam mm. Le Moyne et Regnault exposuerunt ~~statum~~ quo jn statu
essent res Collegij Cameracen, rogati sunt vrgere exactas rationes ejusdem Collegij et —
jnuigilare sedulò eius reformationi ~~ej~~, et ita ab amp. d. Rectore conclusum est.

Die 15. april. habita est synodus Vrsitatis apud matturin. horâ 7. matut. vbi —
adfuerunt d. Rector m. Nicolaus Lair, mm. peaucelier loco Decani thiæ
claudius cartier medicinæ decanus, antonius bely Gallia, procurator, petrus le
barbier picardia exprocurator, petrus Enjourbault normaniæ, et daniel deoran —
Germaniæ procuratores cum officiarijs Vrsitatis. postquam autem d. Rector exposuit
comitiorum causam, vocati sunt per me proscribam distinctis propriisq; nominibus
oes beneficiarij Vrsitatis, ac tum comparuerunt m. Joannes Desita sacræ thiæ Doctor
Navarricus S. Cosmæ, m. Joannes Choart S. thiæ Doctor S. Germani veteris, m. —
nicolaus Mathieu Bacc. th. S. andreæ de arcubus parochi et pastores, m. Joannes
Deny, humanitatis professor jn Harcur. Capellanus 1us. Capellaniæ de Castelleto,
m. petrus Verrier licent. th. capellanus trium capellaniarum, minimum 2us. de
Castelleto, 1us. de thesauro Regis, et 4us. sanctæ Crucis, postea decretum est vocandos
esse proximo quoq; die absentes absentiæ suam causam reddituros, qui nisi aquam
justam attulerint panâ solitâ, nummo scil. aureo mulctabuntur. Et ita ab amp.
d. Rectore conclusum est.

Die Jovis 27. april. horâ decimâ matut. jn capitulo Sorbonæ parisien. m. Nicolaus
Coquelin ~~Doct~~ S. thiæ Doctor sorbonicus, ejusdem Sorbonæ parisien. canonicus, factus —
Cancellarius ejusdem Sorbonæ et Vrsitatis per simplicem demissionem m. petri Loisel
vltimi dictæ Cancellariæ possessoris parisici praestitit juramentum solitum coram
amp. d. Rectore m. Nicolao Lair, et Deputatis ordinarijs Vrsitatis, videlicet mm. —
Claudio morel thiæ, Stephano Demesles decretorum, claudio cartier medicinæ —
Decanis, antonio bely Gallia, georgio Ozon pro absentia procuratoris picardiæ, —

Petrus Enjourbaut Picardus Papler normanus, et Daniele Deoray
Germaniæ procuratoribus et in præsentia etiam d. Archiepi parisien, decani
Canonicorum et Capituli prædictæ Ecclesiæ.

Die Sabbati 6. Maij Comitijs ordinarijs Deputatorum Vrsitatis apud amp. d. Rectorem
in Harcur. adfuerunt ipse d. Rector m. Nicolaus Lair, mm. francratius Bretille Phie,
Stephanus de Meslay Decretorum, Claudius Cartier medicinæ decanus, antonius Dely
Gallicæ, franciscus Regnault picardiæ, Petrus Enjourbaut normaniæ, Daniel Deoray
Germaniæ procuratores cum officijs ordinarijs Vrsitatis, ac l.m subscripserunt pro
Litteris nominationis mm. Egidius Galle Phr Senonen, Jacobus Sorbonicus, et Gymnasiar.
Collegij marchiani, Ludovicus Borel Clericus Bellovacen, Petrus martin Phr
parisien, Nicolaus de Torry Clericus, Joannes Hauetel Clericus
Catalaunen, oës Jure Magrij artium et quinquennij, atq; ijs concessa sunt.
Deinde postquam retulerunt mm. Le moyne medicinæ Exdecanus et franciscus
Regnault picardiæ procurator deputati ambo pro reformatione Collegij Cameracen
suâ diligentiâ et curâ arcam in quâ asseruari debent tabulæ oës dicti Collegij
obseratam tribus clauibus, atq; in eâdem arcâ plures tabulas, quæ exactæ fuerant
repositas, fores maiores die noctuq; apertas clausas diligenter et fidâ affabrè
factâ munitas fuisse, multa etiam pro dei cultu diuinoq; officio præsertim verò
pro salute quâdam singulis diebus fieri ex fundatione peculiari cantanda rectanda, et
nonnulla dissidia orta inter primarium dicti Collegij procuratores, et Burgarios
antiquiores ex parte composita, præter hæc ex sententia præpretoris parisien
decreto
tres rationes seu computa diligenter à se fuisse examinata, ex quorum examine
affarmit rem Collegij malè eis geri et administrari, quamobrem sibi videri
huic malo prouidendum, sibi videri in rem Collegij facturam Vrsitatem, si vetet
ne deinceps dicti Collegij procurator rationes suas reddat, nisi præsentibus Viris,
quos propterea deputabit Vrsitas, quibus consideratis placuit differri Vrsitatem
parisien instantiam ad se delatam judicauerit; interim verò dictos deputatos procedere ad alia
quæ reformatione videbuntur indigere. Et ita ab amp. d. Rectore concluzum est.

Die mercurij 10. Maij 1679 Comitijs Extraord. facultatis artium ab amp. d. Rectore indictis
in coll. harcur. adfuerunt ipse d. Rector m. Nicolaus Lair, mm. Michael Landrieu picardiæ
Petrus Enjourbaut normaniæ, Daniel Deoray Germaniæ procuratores cum deputatis Nationum
negotium m. Yenguy dudum affectum tandem confecturi, sed nec ipse Yenguy, nec
professorum honorandæ nationis quisquam comparuerunt in judicio.

Die Jouis 12. Maij habita sunt Comitia extraord. deputatorum Vrsitatis apud matt. ab amp.
d. Rectore per schedam de more indicta, vbi adfuerunt ipse d. Rector m. Nicolaus Lair, mm.
Claudius Cartier medicinæ decanus, antonius Dely Gallicæ, Michael Landrieu picardiæ, Petrus
Enjourbaut normaniæ, Daniel Deoran Germaniæ procuratores, exposuit d. Rector sibi
oblatas esse à fidelissimâ picardorum natione Litteras nominationis ab eâdem pro suo turno
factæ m. Hussonis Nicolai Cordier sacerdotis, facult. paris. Baccal. Phi., sori Laudunensis
et dictæ nationis alumni ad vnam ex capellanijs de Sancto Vincentio vacantem per obitum m.
Caroli Salampin vltimi eiusdem capellaniæ possessoris parisini, qui contigit mense Januario
nouissimè elapso, quas Litteris per me prosequibus, ita jubente d. Rectore, perlectis
procurator eiusdem fidelissimæ nationis præfatam dicti Cordier nominationem à suâ natione
Exped. reuerâ factam esse et ratam habitam, prædictasq; Litteras veras esse testatus est, tum
censuerunt oës præfatam dicti Hussonis Nicolai Cordier nominationem admittendam, et
de facto admiserunt, voluerunt; prædictam capellaniam eidem conferri, et reuerâ
contulerunt, qui propterea coram Vrsitate juramentum de more præstitit in manibus
d. Rectoris. Verum m. antonius Dely, antequam sententiam diceret de capellania prædictâ

Conqueſtus eſt nunquam venire ſyndicum vrſitatis ad comitia, intercedere ſe quominus M. Georgius Ozon, qui his comitijs aderat, ſyndici vices gerat. Denig M. michaël Landrieu procurator picardiæ petijt vt habitâ ratione modici atq exigui reditus præfatæ capellaniæ, aliquid remittatur dicto Nicolao Cordier ex ſumptibus qui fieri ſolent proceribus et officiarijs vrſitatis in collatione talis capellaniæ, verùm placuit omnibus morem antiquum obſeruari, ita tamen vt liberum ſit unicuiq quod ſuum erit ipſi reddere, ſi volet, et ita ~~de rebus~~ ab amp. d. Rectore conſulendum eſt ~~de ſimili~~

Le Recteur

die ſabbati 3. Junij comitijs ordinar. Vrſitatis apud amp. d. Rectorem in colleg. harum adfuerunt ipſe d. Rector M. Nicolaus Lair, MM. Gancratius Rebille Rhin, ſtephanus De Meſſes decretorum, Claudius Cartier medicinæ decani, Antonius boly Gallus, michaël Landrieu picardus, petrus Quiourbant normanus et daniel decran Germanus — procuratores cum officiarijs ordinar. vrſitatis ac 1^m. ſupplicauerunt pro litteris — nominatis jure magrij et quinquennij in artibus MM. petrus mercier diac. Trec. ſubdiaconus, et Richardus Bouchard ptr diac., quibus concaſſæ ſunt. poſtea — propoſuit d. Rector oblatum ſibi libellum ſupplicem à quinq Burſarijs collegij ſagien/ Henrico Edy, Natale andré, bernardo desmoutis, Guillelmo Houey, et philippo alais, quo poſtulant vt dictus le Rees procurator collegij teneatur ſponſorem dare qui ſit ſoluendo, quiſque qui cognouerint eum quem dedit, id onerum non eſſe, vt — ſumma ducentarum libellarum quam contra dictorum Burſariorum petitum dedit dicto froger in commodum collegij redeat, cum is Burſarius non ſit, in hibeatarq; nec — impoſterum quidquam ſoluatur eidem, vt ſupplicum aut quorumcunq videbitur examini ſubijciat ſuas anni præcedentis rationes, et examinentur iterum antibus ſupplicij quiſque qui, cum redditæ ſunt, decepti fuerint, vt quas litteras et tabulas ad collegium pertinentes, ſeruat apud ſe coram ſupplicibus reponat in arcam collegij, ne addicantur ipſi le Rees ſumptus inutiles facti ab eodem præſertim paſchali tempore quo in altera è villis collegij negotiantibus Burſarijs profectus eſt, ibiq; aut alibi per duas treſue — hebdomadas commoratus, ne fores maiores collegij alijs pateant et alijs claudantur pro nutu ipſius, et claues proindè tradantur primo Burſario, vel alij cuipiam, qui horâ imperatâ claudat eaſdem et aperiat ſemper nullo diſcrimine cuiuſquam, ne ſibi primarij nomen dignitatemq; arroget, neue eo nomine diuinum officium celebret aut incipiat, ſed abſente capellano antiquioris Burſarij hoc ſit jus. tum auditus eſt vir honeſtiſſimus d. Le plat vicarius bonalis d. archidiaconi de paſſeu pro adminiſtratione collegij ſagienſis, alterius ~~collatoris eiuſdem~~ qui dixit ſupradicto michaëli froger nepoti ſuo dicti collegij ſagien/ Burſam collatam fuiſſe per dictum archidiaconum de paſſeu alterum collegij collatorem, vacantem per tempus expletum aut alio quouis — modo Guillelmi Chaillou vltimi poſſeſſoris quieſcentis, ipſiq; ſententiâ primum — cancellarij eccliæ et vrſitatis, deindè ſenatuſconſulto eandem Burſam prædicto froger adjudicatam, ac propterea injuriâ eis denegari ab iſdem Burſarijs dicto froger ſua Burſa jura, cæterùm conqueſtus eſt idem le plat eundem froger indignis prorſus modis tractari, et deridari ab iſdem Burſarijs etiam in ſacello cùm diuinum officium celebratur eum hinc indè trahentibus. præterea eoſdem Burſarios vino deditos — Cartis et poſſeris perpetuò ludere, ſingulis ferme diebus horum aliquem ſæpè horâ indebitâ redire ex deambulatione et popinâ, ac ſi alieno ~~tum~~ graviter ſuſpoſitum — fuiſſe collegium, cùm maximè dictus puer primarius fuit. examenq poſtulauit vt vrſitas prohibeat ne dictus froger deinceps in dicta Burſa poſſeſſione interturbetur à dictis Burſarijs, prouideatq diſciplinam in eodem collegio diligenter obſeruari. Deindè auditus eſt ſupradictus le Rees procurator qui dixit ſponſorem ſuum anno ſuperiori fuiſſe probatum à dictis Burſarijs, ſe adducturum qui fideiuſſerit eundem ſponſorem eſſe ſoluendo — fores collegij horâ nonâ ſerotinâ claudi juxta ſtatuta vrſitatis, rationes ſuas jam reditas et ab ipſis Burſarijs approbatas lubenti animo ſubjecturum examini

Vrſitatis aut Deputatorum ab eâ, ex quibus antequam ſtatuatur placuit Vrſitati vt mm.
Petrus Halley conſultiſſimæ facultatis antereſſor, Regiuſq; profeſſor, Antonius Bely
Gallicæ et Petrus Enjaurbaut Normaniæ procuratores in ipſum Collegium ſe conferant,
et de diſciplinâ, ſtatu, et bonis Collegij et de Burſarijs ac eorū qui in eo degunt vitâ,
moribus et officio diligenter inquirant, et poſteà referant ad Vrſitatem, quæ tum quod æquum
videbitur, decernet. Propoſuit etiam d. Rector Guillelmus Joſephus de Cheverus et Tanguinus
Le Hir ambo in Vrſitate ſtudentes et Collegij Leonenſis Burſarios ſibi obtuliſſe Libellum
ſupplicem, quo exponunt Collegium Trecorenſe, cui Leonenſe vnitum eſt, et
Gymnaſiarchâ et procuratore deſtitutum eſſe, nullos fructus ſuarum Burſarum
percipere, cognouiſſe reditus ædes vtriuſq; Collegij recipi ab vno ex extraneo et ſibi ignoto, qui
nunc occupat cubiculū in quo habitabat nouiſſimus procurator, his de cauſis poſtulare dictos
Burſarios vt præfatum Collegium ab Vrſitate luſtretur, ſibiq; et Collegio conſuli et prouideri.
Quibus examinatis placuit Vrſitati præfatum Collegium luſtrari, atq; ad id deputati ſunt
mm. Claudius Cartier Medicinæ Decanus, Antonius Le Moine eiuſdem facultatis
Exdecanus, et Michaël Landrieu picardiæ procurator, rogatiq; ſunt vt in illud Trecorenſe
Collegium ſe conferant, et diligenter inquirant de primarij et procuratoris abſentiâ,
